



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXIII. Markgraf Johann verkauft Güter in Saalfeld und Bock an das Kloster  
zum heil. Geist in Salzwedel, am 1. Mai 1316.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

iuuaminis solatio duximus decorandas, ut sexaginta manfos solutos nichilominus et liberos existentes ab onere seruitii et precarie cuiuslibet valeant comparare et comparatos propriis aratris supponere, quos possunt attingere, et quos aratris propriis attingere non poterunt, hos ad curias ipsis adjicere poterunt competentes. Nec ultra unius miliaris spatium sit ipsis hos manfos emendi facultas, et hos manfos cum quibusdam aliis sexdecim manfis et uno manfo ab illustri principe Domino Hermanno, quondam Marchione Brandenburgensi, nostro genitore Karissimo, clare memorie, comparatis possidebunt titulo vere proprietatis iuxta consuetudinem iuris ciuitatis ipsi et heredes ipsorum et successores temporibus sine molestia sempiternis. Quandocunque vero hos manfos comparauerint, tunc de quolibet manfo comparato nobis immediate in festo beati Martini annisque deinceps singulis, sicut etiam de Manfis XVII premisis fecerunt et facient, vnum fertonem argenti Brandenburgensis et nostris successoribus erogabunt. Hos quoque manfos cum lignis, pratis, pascuis et aliis commodis et vtilitatibus ad ipsos spectantibus, dicto titulo proprietatis et jure ciuitatis, vt prehabitu est, in suis metis et limitibus possidebunt. Et vt hec nostra liberalitas et libertas perpetuo absque calumpnia cuiuslibet perseueret immunis, hanc literam dari iussimus, nostri sigilli signaculo consignatam, testibus ad hoc vocatis Illustri Anna, Ducissa Wartizlauiensi, nostra genetrice dilecta, nobili viro Domino Heinrico, Comite de Luchow, Bossone Gruwelbut et Slothekone, nostre curie dapiferis, Cristiano de Gherardistorp, Borchardo de Berthenslete, Henrico et Conrado de Cracov, Henningo de Vorlant, Buffone de Milov, militibus, Johanne, Plebano in Gorliz, cum aliis fide dignis, Datum Euerswolde, per manum Hermanni de Luchow. Anno Domini MCCC quinto decimo, die beati Jacobi Apostoli.

Nach dem Orig. des Salz. Archives III, 15.

Der Ort der Ausstellung ist nach dem Original Gerswalde, wie nach dem früheren Abdruck bei Lenz, — nicht Arnswalde, wie nach Gercken's sonst verbessertem Abdruck in dessen Cod. VIII, 448.

LXXIII. Markgraf Johann verkauft Güter in Saalfeld und Bock an das Kloster zum heil. Geist in Salzwedel, am 1. Mai 1316.

In nomine Domini Amen. Ad futuram geste rei memoriam nos Johannes, Dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusatie, in hiis scriptis publice protestamur, vendidisse ad usum altaris sui in monasterio sancti spiritus prope Soltwedel, consecrati in honorem sancti Cyriaci Martyris et Lucie Virginis duas curias in villa Selvelde, continentes tres manfos soluentes singulis annis tres choros filiginis, cum duobus collatis pertinentibus ad easdem et duos manfos in una curia in villa Buck soluentes annuatim unum chorum filiginis cum omni proprietate et iusto titulo proprietatis, videlicet cum advocatia et seruitio in campis, pascuis, pratis, silvis, aquis, ita quod in premisis curiis nihil nobis et nostris heredibus, excepta precaria hereditaria, reservamus, pro sexaginta marcis Stendaliensis argenti, transferentes nichilominus omne jus ac omnem proprietatem in illos clericos seu sacerdotes seculares, prout superius est expressum, quibus predictum altare a preposito monasterii premissi collatum fuerit tempore oportuno. Hanc vero conditionem interponentes, ut ipsi sacerdotes bis in qualibet septimana missam pro defunctis pro salute anime patris nostri dilecti sint celebraturi. Testes hujus facti sunt nobilis vir Dominus Hinricus, Comes de Lu-

chow, Dominus Sloteko, dapifer noster, Dominus Hinricus et Dominus Conradus de Cra-  
kow, milites, Dominus Theodoricus, Bernardus et Wernerus, milites, dicti de Sculen-  
borch et alii quam plures fide digni. In quorum omnium evidentiam sigillum nostrum presentibus  
est appensum. Datum Anno Domini MCCCXVI, in die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

Nach Lenz Br. Urk. 935 und Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwedel S. 7.

LXXIV. Gheremann von Ghüden verkauft dem Kloster Iſenhagen Gebungen aus der Bock-  
hornſchen Mühle, am 5. Mai 1316.

Notum ſit vniuerſis preſentia viſuris ſeu Auditoris, quod ego Gheremannus, dictus de  
chudene, burgenſis in Soltwedel, cum communi conſenſu heredum meorum domino Johanni,  
prepoſito in yſenagheden, ad manus eiſdem eccleſie vendidi quatuor choros ſiliginis pro quin-  
quaginta marcis brandenburgienſis argenti in molendino Buchhornynghe ſitos, quod jacet apud  
muros ciuitatis Soltwedel, cum omni iure et Libertate integra perpetuo poſſidendos. Ceterum  
huiusmodi quatuor chori ſiliginis ab ipſo molendino annuatim provenientes in feſto Beati martini in-  
tegraliter conventui perſoluentur. In cuius emptionis et venditionis euidentiam pleniorẽ Ego Ghe-  
remannus de chudene conventui memorato dedi literam hanc teſtimonialem, cum ſigilli mei  
appentione roboratam. Datum Soltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVI<sup>o</sup>., In die beati Gode-  
hardi epiſcopi.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Faſch 17, No. 1.

LXXV. Der Burgmann zu Salzwedel, Ritter Henning Crucemann, überläßt dem heil. Geiſt-  
Kloſter zu Salzwedel einen Hof in Prezier, am 13. Juli 1316.

In nomine domini Amen. Ego Henninghus, miles, dictus Crucemann, Caſtellanus in  
Soltwedele, omnibus hanc literam viſuris vel auditoris ſalutem — Hinc eſt quod Ego Hen-  
ninghus, miles predictus, in his ſcriptis publice recognoſco, quod de meorum collaudatione he-  
redum et conſenſu vendidi monaſterio S. Spiritus Canonicoꝝ regularium prope Soltwedele cu-  
riam unam cum tribus manſis uno Coſſato et decima minuta, que vulgariter dicitur Smale thegede,  
in villa Prytzzyr, pro XX marcis argenti et fertone, ſoluentem chorum cum dimidio ſiliginis duos  
pulos et tres ſolidos denariorum leuium, cum aduocacia omni que jure ac ſuis pertinentiis vniuerſis  
in perpetuum poſſidendam. Preterea Ego et filius meus Johannes ad hoc nos obligamur, quod  
eadem bona per triennium ad manus et ad utilitatem eiſdem monaſterii tenebimur ab omni im-  
petitore defendere, ſed fructus eorundem bonorum cedent ſemper ad monaſterium prelibatum.  
Triennio vero tranſacto proprietatem bonorum predictorum tenebimur preſato monaſterio ab illuſtre  
principe Johanne, Marchione Brandenburg. et Luſatie, ſive ab alio, ad quem de jure  
ſpectat, ſi idem princeps infra predictum moreretur triennium, et volumus procurare. Ad hec autem